

Mira.

Idem Iul. Casar Belenger. Eclog. 7. ad Arnob. qui ex Photio in Biblioth. fol. 2. 7. refert, etiam fecimam Mileri peperisse filium, & per quietem in feliciter tantis vidisse Solem, per os in le tubecantem, qui per ventum exivit. Eginus in Epemer. 2. 1. Septembr. nom. 5. Consule Belenger. de Prodig. tot. lib. 5. System. Denique in signum mirabilis illius videtur, quam de Getis reportavit Theodorus ( ut refert Nicephor. lib. 14. cap. 7. Augustin. 5. Civ. cap. 26. & fusc Claudian. in Panegy. 3. Honor. Consul. ) in caelo vixit stella plurima agglomerata inlar examinis. Cornel. Gemm. d. lib. 1. cap. 8.

Per tenebras in stellas signata

76 Sic signa felicitatis de tenebris in lucem converso similiter de luce in tenebras. In signum cladis Babylonis. Isai. 13. 10. dicitur: *Stella caeli & splendor eorum non expandent lumen suum. Obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendet in lumine suo.* In portentum vastationis Aegypti, Ezech. 32. 7. *Operiam caelos, & nigrescere faciam stellas eius: Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum. Omnia lumina caeli morere faciam & dabo tenebras.* Ierem. 15. 9. *Occidet Sol, cum adhuc esset dies.* Amos. 8. 9. *Occidet Sol in meridie.* Iob. 5. 14. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.* Idem, Isai. 59. 10. Inter Profanos frequens metaphora. Virgil. 10. Aeneid. v. 275. *Lavo contristat lumine caelum.* Senec. in Agamem. v. 489.

Senec.

Premunt tenebra lumina, & dira stygis Inferna nox. Densa tenebras obruit caligo.

Quoties ingentes venturae sunt calamitates; solent liquis praenuntiari, ut ait Herodotus lib. 6. n. 6. Ante eadem Romuli, ut in eo, inquit Plutarch. *Subdit in aere mirabilem, ac verbis superiorem, tempestatem, mutationesque incredibiles extitisse. Solis enim lumine obscurato, noctem ingruisse.* Sol eclipsim passus est, antequam in pugna Pelopidas caderet. Idem in eo. Sub morte Periclis & Aegliai; Bulenger. de Prodig. cap. 1. In caede Philippi Amyntae, Iul. Obseq. Antequam Xerxes Graeciam invaderet; Herodotus lib. 7. num. 15. subdit: *Instructo exercitu, moventi Sol suam in caelo sedem relinquens apparere desisse; cum nulla nubes, verum serenissimas aer esset, & pro die nox extitit.* Idem lib. 9. n. 3. de Cleombroto, Spartae Regis, inquit: *Inter sacrificandum Sol in caelo obscuratus est.* Lucan. d. 1. v. 650.

Lucan.

Quod cladis, genus, O Superi! Qua peste paratis Scythiam? Extremi multorum tempus in unum Convenerit dies: fluxerunt incendia mundo, Et caelum Mars solus habet. Cur signa meatus Desereret suos, mundoque obscura feruntur?

In Hispania ante adventum Scipionis, tota caeli regio ardere visa est, fax in aethere emicuit, quam contexerunt tenebrae. Iul. Obseq. & Gemma. d. lib. 1. cap. 8. ubi plura meteoza haud ab similia refert; sicut Plutarch. in Casar. de cuius caede signis, subdit: *Falcores caelestes, & strepitus passim auditos. Calonem ex manu multum flamma effudisse; visumque ardere; sed flammis cessantibus, nihil habuisse mali.* Strabo Philosopher narrat, homines ignitos per aera deferri visos. Virgil. 1. Georg. v. 463. nostri articuli protect specimen.

Virgil.

Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum Audeat? Ille etiam oculos instare tumultus, Sape monet, fraudemque, & aperta tumescere bella.

77 Tunc senfum totus mundus accepit, & a Numine facta signa; ut mundus haberet senfum. Bulenger. quod dudum, ex Apollon. lib. 1. Excid. Ierosolymit. accinit: *Signa.*

Apollon.

Haud dubio terrore dabant. Pia cura tonanti Scilicet in magnis semper fuit ista ruinis, Humanum monuisse genus.

Quam caeli Hebraei, & obliuio cor d!

Sed Hebraei, ne divinitatem crucifixi fateantur, ut notat Hieronym. in Matth. 27. deliquit tunc Solis accidisse dicunt, sicut usquequaque videtur. Falluntur, ut infra videbimus. Vel ab Ethnicis fictum e caelo signa specialia, dum aliquis ex filijs Deorum tradebatur neci. De Sarpedone, Iovis filio, Homer. 16. Iliad. v. 4. 15. succinit: *Nec immorigerus fuit pater hominumque Deorumque. Cruentus autem guttas defudit in terram, Filium dilectum honorans.*

Homer.

De filio Aurorae Memnone, ab Achille occiso, Q. Calaber, seu Smyru. lib. 2. Paralib. ad Homer. v. 590.

— Multisque lamentis planxerunt Divo,

Ho.

Honorem illum filio pulchrae Aurorae deferentes. Occidit tunc Solis lumen.

Q. Calabi

Quid pro illo, qui fecit Auroram & Solem? Caelum, terra, Sol, sideraque (ait Leo Pap. serm. 10. de Passio.) indignos vos suo ministerio protestantur terribili motu, insolitoque defectu tenebras mundo vestrae caecitatis ostendunt. In luce factum Chaos.

— Luna subito conditur, stelle cadunt.

In astra Pontus tollitur, caelum perit: Nec una vox est, densa tenebras obruit Caligo, & omni luce subducta fretum Caelumque miscet.

Seneca

Modulatur Cordubens. in Agamem. v. 465. Quaeumque ab Ethnicis ficta, in nostro articulo vera.

78 Huius portenti multiplex ab AA. exponitur causa. Leonem Papam vidimus, numer. anteced. ut pugnet orbis terrarum contra insensatos, dum insensibilia demonstrabant sensus. Attipulatur Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 10. Hieronym. d. Vilitar mihi (susc) clarissimum mundi lumen, hoc est, luminare maius retraxisset radios: ne aut pendente videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Augustin. serm. 17. de Tempor. addit: *Sol occidit, sacrilegis, ut spectaculum obumbraret sanctis.* Facinus detestatus, ne videret.

Sol cur in Christi passione obcuratur Hieronym Augustin.

— Solis quoque tristis imago Lurida solitatis praebebat lumina terris.

Succinit Ovidius quod supra in caede imperatoris. Quid si mancipia adversum Dominum dominantium, Regem Regum, Angelorum & hominum, ineredibili audacia & insolentia insurrexerint, & craci exultantes attingerent Ideo mundus totus inhorruit, & Sol ipse tantum flagitium averlatus, radios suos pudore subtraxit; & totum aera tenebris luridis texit. Ubi foelera magna concipit humanum peccus; Sol umbris abscondit vultus. Senec. in Tyest. v. 788.

Ovid.

Quo terrarum, Superumque parens, Cuius ad ortus noctis opaca, Decus omne fugit: Quo vertis iter, Aedoque die perdis Olympo? Cur Phibe tuos rapis aspectus? Nondum fera nuncius hora Nocturna vocat lumina Vesper: Nondum in noctem vergente die Tertia misti bucina signum. Quid te aethero populit cursu? Que causa tuos limite certo Detecit equos?

Lucan.

Solita mundi perire vices, Nihil occasus, nihil ortus erit. Sol iubet tenebras surgere, nondum Nocte perata? Non succedunt astra Nec ullo micat igne polus: Nec Luna graves dirigit umbras. Sed quicquid id est, utinam nox sit. Trepidant, trepidant pectora magno Percussa metu; ne fatali Cuncta ruina quassata labent: Iterumque Deos, hominumque premat Deforme Chaos.

Senec.

Facinus erat, quod pridem Sol nec viderat, nec aspicere volebat: modoque ad verum dirumque facinus, ne videat malum negat aspectus; quoniam totus mundus in maligno positus. Succinit Sedulius lib. 5. Carm. v. 182.

Protinus in patuli suspensus culmine ligni, Religione pia mutans discriminis iram, Pax crucis ipse fuit, violenteraque robora membris Illustrans proprijs; panam vestivit honore.

Seneca

In

Interea horrenda subito venire tenebrae:  
 Et totum tenuere polum: mæstusque migrantem  
 Exequijs tenere diem. Sol nube coruscus  
 Abscondens radios, retro velatus amictu,  
 Delinuit, tristemque infectis luctibus orbem.  
 Hunc elementa sibi meruerunt cernere vultum,  
 Auxilij orbata patris: lætata per ortum,  
 Mæsta per occasum: nam lux ut tempore fulsit  
 Nascentis Domini; sic hoc moriente, recessit.

Sedul.

An Sol obscuratus à terra tenebris, vel terra à deliquio Solis

Augustin.

Tertull.

Lucian.M.

Herologia

Virgil.

Et pro Eo quod,

Lucan.

Senec.

Amos. 8. 9

79 Astruunt Evangelistæ. Erat ferè hora sexta, & tenebra facta sunt in universam terram, usque in horam nonam, & obscuratus est Sol. Luc. 23. à 44. At Matth. 27. 45. A sexta hora tenebra facta sunt super universam terram usque ad horam nonam, Idem Marc. 15. 33. Omnes conveniunt in tenebris factis; sed Lucas solus dicit, obcuratam Solis: imò indicare videtur, non à Sole obscurato exortas tenebras; sed à tenebris exortis Solis luces fuisse obscuras: Tenebra facta, & obscuratus est Sol. Obscuratio Solis fuit tunc prodigium & siugulare; quippe occulta causa, & importuno tempore. Quanto queque res abstrusiores habet causas, tanto est mirabilior: inquit Augustin. in Psalm. 118. Concion. 27. & Epistol. 80. Hoc Solis deliquium vocat verè mirabile & prodigiosum. Humana ratio, b tubilior scientia, omneque naturalis indaginis vires obstupescunt, tamquam ad conspectum Gorgonis. Quapropter Dionysius Areopagita dixisse, viso deliquio, fertur: Aut Deus natura patitur; aut mundi machina dissolvitur. Tertul. ad Scapul. cap. 3. Exincto penè lumine (inhi) adeo portentum fuit; non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati. Idem Origines, Contra Gels. lib. 2. Euseb. in Chron. Ann. Christ. 33. Oros. lib. 7. cap. 4. Sol lucere desijt. Briet. Denique Lucian. in sui Martyr. Arib. & apud Rustin. lib. 9. Histor. Eclesi. cap. 6. ait: Invenieris, temporibus Pilas, fugato Sole, interruptum tenebris diem.

80 His patet, mirabiles tunc non fuisse super terram universam umbras, sed Solis tenebras; à quibus ortæ telluris: siquidem si à terræ tenebris obscuritas Solis; quodnam prodigium, quod usquequaque videmus nullo die, nubibus densis supra nos sepulto Sole: Dum Lucas dicit: Tenebra facta sunt in universam terram, & obscuratus est Sol; est hysteron-proteron: quo schemate sequens antecedens est. Act. 26. 10. Cum occiderentur, detul sententiam. Prior est sententiæ prolatio, quam damnatorum occisio. Illud etiam Virgil. 3. Aneid. v. 662.

Postquam altos tetigit finibus, & ad aquora venit.

Videfis, Tom. 2. T. 9. n. 9. 3. T. 12. n. 10. 5. T. 6. n. 40. 6. T. 6. n. 31. & hic, T. 6. n. 18. Non secus in præsentis testimonio, potissimè accepto Tò Et, haud pro particula copulativa, sed exegetica & rationalis; nimirum pro Quia, vel Eo quod. Unde sensus genuinus (ut tot tanctorumque AA. peristat sententia) non est, quòd Sol obscuratus sit, quia tenebræ factæ in universam terram: sed tenebras factas in universam terram; & eò quòd Sol in cælo obscuratus sit. Ita ergo Matthæus & Marcus per tenebras telluris, demonstrant superius deliquium fulgentis Solis. Ita effectus defectus lucis Solis describitur à Profanis.

Ipse caput medio Titan cum ferret Olimpo,  
 Condidit arcentes atræ caligine currus;  
 Involvitque orbem tenebris, gentisque coegit  
 Desperare diem.

Succinit Lucanus, 1. d. à v. 540. & Seneca in Thyest. à v. 831. subdit & floridè:

Ierum terras, & vega picti  
 Sidera mundi natura tegit.  
 In nos atas ultima venit. O nos duræ  
 Sorte creatos, seu perdidimus!  
 Solem miseri, sive expulimus!

81 Sol sanè obscuratus est, & in meridie, ut prædixerat Amos. In die illa occidet Sol in meridie; & tenebrefere faciam terram in die luminis. Item Ierem. 15. 9. & alij in loc. uti diximus, n. 76. Hieronym. in Joel. 2. Augu. Bin. Epist. 80. & Evangel. 99. 105. Tertullian. 4. Advers. Marcion. cap. 42. & plures alij. Non ergo est dubium de obscuritate lupis Solis; sed de modo, causâ, aut principio obscuritatis. Nihil mirum, de sententiæ suspensione in singulari portento; dum in communi dubijs & dubijs iurè percellitur cogitatio. Audi Stoicum in Herculi. furens. à v. 938.

Sed

— Sed quid hoc? Medium diem  
 Cinxere tenebra: Phabus obscuro meat  
 Sine nube vultu. Quid diem retrò fugat,  
 Agitur in ortus? Unde nox atrum caput  
 Ignota profert? Unde tot stelle polum  
 Implent diurnæ?

Seneca

Chryso

Astra an cor  
rupibilis

Corne

Gemma  
An nova vis  
sit

Petronej

An sidera  
vagant

Manilæ

An accedat,  
vel recedit  
à superis,  
sic causi

82 Nonnulli naturalem arbitrati sunt olim huiusmodi Solis defectum, quia licet cæleste, erat corpus corruptibile; cuius splendor quibat crescere & decrescere. Unde Chrysoftom. Homil. 10. ad Pop. Antioch. & 14. in Epist. ad Rom. ait: Non solum Sol, sed & omnis mundus corruptibilis est. Ambros. 1. in Hexæmer. cap. 6. alijque plures sacri DD. quorum sententiæ sacra videntur testimonia favere. Opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt. Psalm. 101. à 26. & Hebr. 1. à 10. Stelle cadent de celo. Matth. 24. 29. Quid lucidius Sole? & hic deficit. Eccli. 17. 30. Sicut Luna mutatur: 27. 12. Iam mutationis signa in Sole, Luna & stellis: minimèque mutatur, quod non corrumpitur. Vallesius de Sacr. Philosoph. cap. 89. & Plato cum Academicis. Gemma, quòd supr. lib. 1. cap. 8. Pleraque (ait) inter divina & naturalia, consentionem mediam sortiuntur: ut stellæ celo decidere; Solem, Lunam, ut globos igneos volvi, nativo lumine desitutos. Ibi ex Hipparcho refert, suo sæculo stellam genitam observasse, & etiam apparitionem duarum, quas prior ætas minimè viderat. Unam è septem Pleiadum choro evanuisse, sicut capto Byzantio, stellam Polarem non amplius visam. Ex Raymundo Lullio, stellæ nasci ac perire, licet non generatione aut corruptione; aggregatione lucis ac dispersione. Favere videtur ludibrio cogitationis, quod refert Plutarch. de Gloria Atheniens. nimirum, partâ victoriâ apud Famagustam, Lunam adhuc gracilem, implementam fuisse accessu luminis repentino.

83 Albumasar Astronomus in Introduit. tract. 3. asserit, se Cometam vidisse supra Veneris Planetæ corpus. Quid mirum, dum Astronomi proferunt, novas stellæ quasi quotidie nasci: Unde necessariò corrumpti. Plura ex ipsis signavi, Tom. 1. T. 1. n. 222 & de stella nova (quæ à præfeto Gemma, alijque dicitur Phosphorus, instarque Luciferi, Phosphorus novus) visa in Castiopia; asseritur genitum novum eius cæleste corpus è accessu & recessu, tanta & tali specie lucis, & circuitus statustque lege, ac ordine. Unde Petronius in Satyr. Carm. 19. v. 139. inquit:

Faxe stellæ comitata novis incendia ducit,  
 Sideribus tremefacta clet Martem.

Cum errare multis modis contingat, alij ex Præfets, seu rancidis Philosophis, dixerunt pompaticè & iactabundè, cælos immotos esse, per illosque astra, sideraque moveri, si- cut pisces in aqua, & per aëra volucres: & ne deserant ordinem sine errore signa temporum, diurnum & annorum, facta à Numine animata & intellectiva. Cælum enim somniantur, esse fluxum, labile, facile scindi ad impullum corporis solidi; per cuius ambitum Planetæ, cæteraque astra statis horis, lumine & motu ministerium à Numine definitum sine erroribus exercent; & circulos varijs gyrationibus infallibiliter implent. Ita Stoici; apud Cicero. 2. de Natur. Deor. & Iust. Lipsium lib. 2. Physilog. Stoic. à Dissertat. 5. usque in 14. Apud Cornel. Gemm. 1. d. cap. 8. Stellæ celo discurrentes. Virgil. 9. Aneid. v. 20. Video medium discedere cælum, palantesque Polo stellæ. In rem Manil. 1. Astron. cap. 3. à v. 4. accinit:

Quod patet ex ipso motu cursuque volantis,  
 Cum suspensus est Phæbus, cursuque restabat  
 Huc illuc, agiles & servec in ashere metas;  
 Cum Luna & stella volvens per inania mundi.

Iuxta eiusmodi demeritiam, Manichæi Solem & Lunam naves lucis vocabant; ut refert August. de Hæresib. n. 46. & Epist. 119. Ducuntur per fluxa cæli, quasi naves per aquas; cum eis, non cælis, sit innata, & ad libitum mobilitas.

84 Non hic hæret delirium: ultra procedit: igitur ex huiusmodi conditione, vagationeque voluntariâ, oriri dicunt luminarium, quandoque quæ videntur, deliquia: simulque ampliore splendorem & lucem; iuxta accessum vel recessum ad cælorum superficiem. Unde si intorsum vagantur luminaria, apparent obscuriora, vel non apparent; ut de septima Pleiadum canit Ovid. 4. Fastor. v. 170.

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Ubi verò cæli faciei proximiora, videntur à nobis magis lucida. Quæ de causâ de Maia, Tom. VII. Taut.

X X X

828



sci Stellæ, videmus aliquando: at veras stellæ & in cælo (ut contendit Gemma) omnino ridendum. Stellæ veræ sunt fixæ; hæc, quæ stellæ dicuntur, vagæ & inæquales in motu, & splendore. Non evanescent stellæ, nec crescit fulgor, nec decrevit decor. Non fixa stella nova, quæ non stella; igitur ipse Gemma lib. 2. cap. 3. subdit: *Quod si quandoque cometa fulgidiores appareant, ut & nocturnas tenebras visi sunt illustrare; his profecto non tam tribuitur ex concreione materie, quam ignita exhalationis copia, & totius corporis amplitudini. In stellis autem potius tum forma, tum materie nobilitate conigit. In Sole, tum propter has causas, tum quod & lucis copia cunctos excuperet. Iam & stellarum numero (loquitur de stella nova) divinum hoc spectaculum secludendum ratio dicit; quod neque Planetam facere possit, ob motus & luminis antipathiam: neque fixarum aliquam; quod orta semel, augmentum luminis, statum, ac declinationem ostenderit manifestam; ac tandem ab aspectu cunctiorum sese abripiat. Quid ergo relinquunt? Profecto corpus illius totum esse metaphysicon, ac supra naturam, certis tamen celestium corporum motibus alligatum. Si ita stellam noviter visam, Gemma fingit, vel pingit; cur vocat stellam? Phenomenon est, cum universis conditionibus Cometa: & videre cometem, ita mirabile: Quid in illo Phenomeno singulare vidit, ut altrum novum extolleret? Quod in Christi nativitate Magis apparuit in aere, ut patet ex eiusdem muneribus, magis commendabilius: nihilominus tamen quia ad speciem stellæ, vocatur stella; sed non erat stellarum ex natura, quantumvis gaudebat formâ. Cur autem stella non erat, videtis apud D. Thom. 3. p. 1. q. 16. art. 7. & Opusc. 60. cap. 7.*

Gemma.

Matth. 2. 2.

Unde astræ clariora vel obscuriora

Gemma.

Plin.

Idem.

Que verè proprie stelle non con-  
sistunt.

Errores Pre-  
sorum erga  
Sidera.  
Plin.

90 Sanè Altra quandoque clariora, quandoque obscuriora visa: verum hoc longè à corruptione & generatione luminis. Contigit ex aliqua passione aëris, vel turbidi vel fereni. Sæpe, quia languent à maiore luce: interdum quia lucent ab ampliore obscuritate; & quapropter altra plus scintillant obscuriore nocte: vel denique illæ signatæ stellæ præ cæteris focijs, sunt amplioris magnitudinis, extenioris claritatis: quibus principijs fulgere poterunt splendidioribus radijs stella Veneris, quæ in Corvi ala, & pede Orionis. Dicit ipse Gemma ibid. *Fit (ait) tum propter sensus atque acuminis differentiam: tum propter medium, ut aëris statum, accessu Solis & Luna: etiam à variatione distantie, atque altitudinis à terra, aut oculis nostris; quod sanè per lineam rectam fieri debuit, protensam à visu nostro per stellam in continuum: ut nimirum non ulla accretione, aut consumptione materie, maior minorve sit stella visa; sed iuxta intercapedinis differentiam accessu aut recessu ad sphaeras inferiores. Id ex Plinio decerpit, qui lib. 2. cap. 16. inquit: Altitudinum ratio, cæli mensurâ, non circuli, intelligitur, subire eas, aut descendere per profundum aëris, oculis existimantibus. Hoc non potest protinus intelligi visu nostro: ideoque existimantur stare, unde & nomen accepit Statio.*

91 Inter Ethnicos superstitio non solum de Fato sed in stellis de Fati signo. Unde singulis attributa sidera, clara divitiibus, minora pauperibus, obscura defectis; pro sorte cuiusque lucentia, annumerata mortalibus: quod quidem ridet vel Plinius, d. cap. 8. qui cap. 14. subdit: *Altitudo cogit minores videri; sicut affixas cælo, Solis fulgore interdum non cerni, dum æque diu ac noctem luceant: idque manifestum fiat defectibus Solis, & præaltis pueris. Scintillatio causatur à puritate radiorum, & distantia radij visus ob rarefactionem: at splendorem retroire cogit vapor, ab exhalationibus reperculsum; sicut puritas lucem extendere: quapropter visi splendores clariores in Sole & Astris, de quibus, num. 84. Verum evanescere stellæ, omnino ludicrum: imò propudiosum, asserit ut historiam, quod Poëtæ cõmenti uti fabulam; de quo Hygin. Fab. 142. Natal. Comes, 4. Myrhol. cap. 17. Gyrard. Syntagm. 5. n. 43. & Ant. Constant. cum Paul. Marfil. in v. 170. lib. 4. Fastor. Ovid. Profecto Sol, Luna, Planetæ cæteri & Astra in Firmamento, feruntur per inania mundi: at inane dicitur, ubi in motum nullus est obex, sicut cælum non habet impedimenta, ut super nos continuo ferantur astra. Quæ quidem nec sunt corruptibilia, ut deficiant; nec proprios motus habent, ut introrsum recedant; ac in suis fulgoribus ægro lumine appareant: ut Prisel infestia auri sunt cogitare, imò turgidè rudioribus auribus multissimi proferre. Pende quantus Hipparchus. Numquam satis laudatus (subdit Plin. lib. 2. cap. 26.) ut quo nemo magis approbaverit cognitionem cum homine siderum, animasque nostras partem esse cæli; novam stellam, & alliam in ævo suo genitam, deprehendit: eiusque motu qua die fultis, ad dubitationem est adductus; anne hoc sæpius fieret moverenturque & ea, quas putamus*

onus affixas: organis excogitatis, per quæ singularum loca, atque magnitudines signaret: ut facile discerni posset ex eo, non modo an obirent, nascerenturve; sed an omnino aliqua transirent, moverenturve; item an crescerent, minuerenturque: cælo in hereditate cunctis relicto; si quisquam qui rationem eam caperet, inventus esset. Nec minùs Pythagorici fanatici, aquod Damascen. d. cap. 6. asserentes, natos esse Cometas cum cæteris stellis, in ipsis mundi primordijs, sed latere: deinde impelli subito ad certam quampiam regionem. Gemma, lib. 1. cap. 6. ait: *Fortassis latere sub radijs Solis. Quod utique maius delirium, ni intelligat, tamquam in causa, vel eminenter. Ergo in aptiora.*

92 Alij in deliquio Solis, dum Assertor N. pendeat in cruce; asserunt, defectum fuisse naturalem, verum modum omnino miraculosum. Naturalem, per Eclipsim, interposita Lunâ inter Solem & terram: modum miraculosum, quippe illo tempore plenilunium, utroque luminari in eclipica ditante. Burgenf. in 4. Reg. 20. in Adit: Bivar. in Flav. Dextr. Ann. Christ. 34. n. 2. Comment. 2. Baron. eod. ann. n. 121. Alapid. in Matth. 27. alique ducti Areopagite auctoritate, dicentis: *Ferè quadam sextâ, horè etiam penè sextâ, Sol horribilibus subito est obscurus tenebris, Luna ipsam intercurrens. Offusi enim tenebris ipsi erant, orbem Solis undequaque & ex equo occupante caligine: & postquam repurgatio & restitutio facta est; Luna ad Solis diametrum conversa, au- fugit. Tunc autem opifices lucis thesauros, caliginibus quas ipsa generat, ad occiduos usque Solis fines pervagata (ut ipsi putavimus) occultavit. Hactenus Dionysius, Epist. ad Apollophanem, tunc Heliopoli portenti visionis locum. Idem iterat ad Polycarp. Epist. 7. Quid de illo (inquit) qui tempore Crucis Dominica factus est, Solis defectu, dicturus es: Incidentem mirabiliter Soli Luna globum notavimus: ipsamque rursus ab hora nona ad Vesperum ad Solis diametrum supra naturæ vires restitutum. Quo patet, tenebras factas per interpositionem Lunæ inter terram & Solem: ut ex ipso referet D. Thom. 3. p. quest. 44. art. 2. ad 2. Deinde Phlegon Ethnicus de Temporib. lib. 14. iuxta Origen. 2. Contr. Gelsum. & Euseb. Ann. Christ. 33. de huiusmodi Solis obscuritate: Magna & excellens, inter omnes, qua ante eam acciderant, defectu Solis facta est. Dioi hora sextâ ita in tenebras noctem versus, ut stella cæli visa sint. Ita de Eclipsè, Lucan. 1. Pharsiv. v. 55.*

An Cometa in principio creati & modo lateat

At tenebræ Solis à Luna:

Diò. Areopag.

Phlegon.

Stella visa in Solis eclipsè.

Stelleque minores

Per vacuum solita noctis decurrere tempus,  
In medium venire diem: cornuque coactò,  
Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe,  
Terrarum subitâ percussa expulvit umbrâ.

Lucan.

Sol adeo obscuratus dicitur, ut Mercurij stellula prope illius centrum, velut candidior macula spectaretur: inquit Gemma. d. lib. 1. cap. 8. sub elade Caroli Magni in Pyrene: post quoque desierit defectum Solis maximum; stellis toto cælo conspicuis, quem & quatuor pedes pavisse ferunt. Tunc diameter dumtaxat obscuratus: quid, si totus: Senec. in Agamem. v. 457. succinit:

Gemma.

In astra iam lux prona: iam præcepit dies.  
Exigua nubes forâido crescentis globo,  
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar.

Senec.

93 Ita theatrum, cuius apparatus inficiantur, qui supernaturale designant Solis deliquium. Interpositione Lunæ fit, canonico siderum cursu, eclipsis Solis. Non erat talis Solis ille defectus, quando crucifixus est Christus (inquit August. Epist. 80. & 3. Civit. cap. 15.) & ideo verè mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudæorum; quod non nisi in plenitudine Lunæ celebratur. Secundum Astrologorum numeros, certum est, Solem, quando Luna plena est, non posse deficere. Quid ergo tale unquam quisquam meminisse apparuisse de cælo; quale apparuit, quando passus est? Orofus, lib. 7. cap. 4. Usque adeo autem lumini Solis (inquit) neque nubes obtulisse, manifestum est: ut eadem die Lunam, totâ cæli regione interiectâ longissimè à conspectu Solis absuisse referatur. Tertullian. etiam ad Scapul. cap. 3. Sol non potest ex ordinario deliquio hoc pati; postus in suo bypsomete, & domicilio. Idem, constitutus in carpento, iusta Astrologorum phrasem. Tunc enim, ut canit Lactantius:

Orof.

Lactant.

94 Eclipsis est defectus luminis in duobus magnis luminaribus; quæ contingit, dum Sol & Luna funt linealiter sub circulo Zodiacum penes latitudinem æqualiter dividente utin-

Unde Eclipsi-  
si in Sole &  
Luna:

utrinde habente sex Signa) qui dicitur *Ecliptica*, quoniam in illo circulo sunt eclipses Solis & Lunæ. Lunæ interposito terræ corpore inter illam & Solem, in Novilunio. Solis verò in plenilunio, Luna interposita inter aspectum nostrum & corpus Solare. Sacro-bosc. in *Spher.* cap. 4. hic Clavius, & Pavonius, Tom. 2. *Theolog. natural.* distinct. 5. n. 2540. Tunc enim Sol intrat in Lunæ umbram, sicut Luna in plenilunio intrat in umbram terræ sub Ecliptica, quia ex diametro Soli opponitur, & inter ipsam & Solem interponitur terra. Unde ergo in obscuritate Solis sub Christo in cruce, erit Eclipsis, dum Luna plena, & à Sole longiore distantia, sine ullius corporis interpositione, qua lumen in nos possit impedi? Ni metaphorice accipiatur Eclipsis, abusus est vocis. Per catachresin ergo dici valet eclipsis: igitur eum Sol in eclipse obscuretur, eiusque lumen deliquium patiat; visà in Sole obscuritate conaturalis fulgoris, apparebat quasi eclipsis.

Catachresis.

95. Totum corpus Solare obscuratum fuisse, asserit Bellarm. de *Sept. verb. Domini. in Cruce.* lib. 2. cap. 1. & 5. interpositione Lunæ, cum minor sit, nequibat obscurari totum Solis corpus, quippe maius. Unde in sententia Astrologorum, eclipsis Solis maxima: dum totus diameter obscura us Solis. Cornel. Gemm. 1. *Coniicit.* cap. 8. Non enim plene per Lunæ interpositionem Sol obscuratur; quoniam Sol ab eius corpore exiguo non intercluditur: nec totus Sol obscuratus, partim languens, partim fulgens. Quomodo ergo per tres horas (estò interposita Luna) quibat persistere obscuritas, dum in Luna videtur cursus celeritas? A suo enim removeretur cursu, sequens Solem; dum in Solem econtrario gyrans, mittebat obscuritatem, Luna enim in naturali etiam eclipsi, dum incipit Solem obumbrare, simul incipit recedere. Qua de causa ab illa Solis obscuritas nequibat persistere per tres horas. Iuxta præfatam Areopagite sententiam, Luna à situ proprio properavit versus Solem ab oriente, ibique hæsit per tres horas, in quibus factæ tenebræ; quousque in locum suum cursumque redijt, dum tenebræ dissipata. Quorsum tot miracula? & Luna, sine possibili effectu, ad quid attracta? Si in præfatis tenebris totum Solis corpus obtenebratum; per Lunam, quomodo totum? Instrumentum quorsum Lunæ, si per illam intentum nequibat perfici? Quorsum ordo cæli in Lunæ cursu & recurfu mutatus; ubi ad totales tenebras, fat nò er at Lunæ corpus? An quia Deus miraculose fecit, quod Luna non potuit? Dicunt AA. sententia, sed minor. Totum Deus non potuit, dum partem per Lunam in vallitate Solis obtenebravit? Debilis planè sententia, ad cuius firmitatem pro rationibus solidis inquiruntur miracula; quæ facessant difficilis negotium, quam principale argumentum.

Qua in Christi  
si passione  
non à Luna.

96. Areopagita dicit à Luna occultatum Solem, ut ipsi putavimus. Non ergo dixit: *Uti ipsi vidimus.* Sub dubio relinquit cogitationem, & contrarium (ni fallor) asseruit. Sol (inquit) *horribilibus subitò est obsitus tenebris, Luna ipsam intercurrente.* Ergo antequàm ad illum accederet corpus Lunæ, iam erant in Sole tenebræ: aliàs temporis intermedio, tenebræ quomodo subitò: si prius Luna accessisset, ordine cæli penitus perturbato; maius miraculum esset in cursu Lunæ, quàm videbatur tenebrarum in Sole. Si post tenebras accessus, mirabilisque decursus; cum tenebris quomodo Luna cognita & ut Luna? Nec prius (quantum auguror) nec post. Non prius, quia Lunæ inuile corpus ad totius Solis obumbrationem, ita ut quaquaversus sepeliretur lumen. Haud post, quoniam iam tenebræ in Solis sphaera, priusquàm accessisset Luna. Arbitror Phlegonem ab Areopagita visum, & Apolloniam; non fuisse Lunam, sed nubem ad Lunæ formam, quæ extensa per totum hemisphaerium, compescuit illustrationem radiorum. Unde dicit quæ ab oriente cæspite meteoron magnitudine corporis Lunæ, postque cum esset sub Sole, nubem extensione rarefactam; ut ex ea tenebræ per tres horas totam operirent terram. Cornel. Gemma d. 1. cap. 8. infit: *Hæc meteora multis per se phantasmatibus, atque apparenti spectrorum generi complicantur; ut nec speciem certam servare, nec ordinem queant.* Non huiusmodi crisi dignum. Areopagite auctoratum testimonium. Fuisse tenebras, haud creperum; sed non per Lunæ interpositionem, nec per eclipsim; unde obscuratio tunc Solis, non naturalis; licet statuatur modus miraculosus, quippe Solis deliquium sanè extra tempus. De stellis visis in hocce Solis deliquio iuxta Phlegonem, dicemus infra, num. 100.

Gemm.

97. Ex diametro alij cogitationi opponuntur: quapropter lucis tunc defectum, & Solis fulgentis repente deliquium, astruunt supernaturaliter factum; ut prædictum à Ioële, 2. 31. *Sol converteretur in tenebras.* Naturaliter contigit in eclipse Solis obscuritas, haud verò conversio in tenebras, & per tres horas: constat ergo, supernaturaliter

ter

ter à Numine Solis obscuritatem factam, ubi ex illa per tres horas tenebræ vix super universam terram. De hoc articulo dicitur: *Sol deficiet.* Per eclipsim non deficit; per nubium interpositionem lux eius dumtaxat languet: hicque deficere dicitur; quia per tres horas quasi extingueretur: evanuit enim penitus lumen, & aspicientes non viderunt Solem. S. Prosper, de *Divin. provident.* v. 527. accinit:

Sol fugit ab orbe,  
Et medio nos facta die.

Augustin. in *Epiphan.* serm. 3. ait: *Ipsè antiquum Solem obscuravit occisus.* Et Ioann. Mellius Soufa de *Pascha Domini* à v. 786. Dionysij sententiam recolens, succinit:

Tenebras, obscuraque lumina Solis,  
Natura sine lege videns; Aut Conditor orbis  
(Inquit enim) patitur, vasti vel machina mundi  
Solcitur, & casu totus confunditur orbis.

Denique Tertullian. *Adversus Marcion.* lib. 5. metric. v. 173. infit:

Caligine multa

In tenebris tremefacta dies cum Sole refugit.

Securus sententiam Arator, 1. in *Acta Apostol.* v. 321. dicens: *Sol ruit in tenebris.* Obscuritatem specialiter providentiæ & voluntate Dei, Creatoris & gubernatoris Mundi, esse profectam: nam Sol non potest deficere sic, nisi per radiorum retractionem vel extinctionem. Notissimum est, non posse Solis radios detrahi, vel extingui, nisi à Deo, qui Solem creavit: & tenebras illas, Christi crucifixi causâ exortas, divinâ providentiâ procuratas fuisse. Illa quæ ad cælestes orbis pertinent, extra controversiam est, non posse fieri nisi à Deo. Quæ enim miracula sunt, non casu, sed divinâ providentiâ sunt. Ita Bellarm. 2. de *Verb. Domini. in cruce.* cap. 5. qui cap. 1. præmittit, deliquium Solis tunc ab eo solo fieri potuisse, qui fecit Solem. Non enim tunc viguit ordo nature, sed voluntas omnipotentis: extinctâ Luminaris maioris corporeâ flammâ, non cooperando cum Sole in illuminanda terra. *Belispsis tempore non suo sunt prius supra naturam* (ait Cornel. Gemm. lib. 1. cap. 8.) *ut illa sub passione Salvatoris: & lib. 2. cap. 4. Portentia maxima & obscuraciones gravissima luminum fortasse supra naturam.*

Eccl. 17  
10.

Prosper:

Augustin.

Soufa:

Tenebra in  
passione  
Christi, an  
sive natura  
liter exierit  
Bellarm.

Gemm:

D. Thom:

Hieronym:

Quod horri-  
bilibet

Sil. Isid:

Sedul:

Totum

98. Deinde, quia iuxta Chrysostom. in *Matth.* Homil. 89. per miraculum, tribus horis tunc tenebræ permanserunt, interpositâ Lunâ: ex quo D. Thom. 3. p. iam cit. ad 2. subdit: *Unde datur intelligi, quod Luna quieverit sub Sole: Divina virtute factum est; quod ad Solem supernaturaliter ascenderet præter tempus debitum:* quo in articulo miracula referunt plura; quæ non essent, ni supernaturaliter facta. Orohus, quò supra, num. 93. asserit, nihil interpositum inter terram & Solem: neque nubem levem; & factam Luminaris obscuritatem. Supernaturalè profectò, quod non lux, quò tota lux. Deus ergo mirabiliter misit tenebras, & facta est nox. Hieronym. in *Matth.* 27. infit: *Ne forsitan videretur umbra terre, vel orbis Luna Soli oppositus, breves & ferrugineas fecisse tenebras; irium bovorum spatium ponitur. Videtur mihi clarissimum lumen mundi, hoc est luminare maius retraxisse radios suos.* Sol ergo naturaliter radios in terram mittit, quippe conditus ut terram illuminet: supernaturaliter igitur, si radios retrahit. In eclipse (estò concedatur) est lux tristis; verum lux: quandoquidem in illa lumine Solis apparet, & radios in terram vincens obscuritatem, diffundit. Dum ergo à tenebris vincitur, haudquaquam naturaliter obtenebratur. Supra naturam itaque illæ tenebræ, quæ adinstar in Ægyptum inductarum à Moysè. Ita Theophylactus, Euthymius hic, & Chrysostom. loc. cit. *Tenebra horribiles, illæ dicuntur Exod. 10. à 22. quibus, nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat: v. 23. & Sapiens, cap. 17. & 18. Retorquetur Silius Italic. de Bell. Punie. lib. 1. v. 463. & 4. v. 88.*

Fax celo radios, & siva luce cornicum  
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.  
Iamque sub extremum noctis, fulgentibus umbris,  
Lux aderat.

Æternam timuerunt sæcula noctem. In solatium, neque lumen. Sedulius, lib. 5. à v. 243. Ita orbem deploratum plorat:

Cæca tenebrosi latuerunt sidera cælo.  
Nec tellus sine clade fuit: qua talia cernens,  
Funditus intremuit, ambigue in sine supremum  
Expavit natura modum.

99 Totum hoc praternaturaliter factum, ministerio Angelorum; quoniam ad illos spectant meteoza, ad quæ totis viribus natura infirma ( ut vidimus, num. 37. & 73. ) factio portento in Sole variatione lucis, sed sine ulla variatione Solis. *Ille tenebra, vel Solis obfcuratio* ( subdit D. Thom. loc. cit. ad secund. Argum. ) *fuit propter hoc, quod Sol suos radios retraxit, nullâ immutatione factâ circa motum celestium corporum: . Talis autem retractio non est sic intelligenda, quasi Sol in sua potestate habeat radios emittere, vel retrahere: non enim ex electione, sed ex natura radios emittit; sed Sol dicitur retraxisse radios, in quantum diuina virtute factum est, ut Solis radij ad terram non pervenirent.* Secundum Angel. Preceptorem, his in tenebris radios habebat: quapropter Sol minimè obfcuratus entitative, sed radijs igitur quos habebat, ne terram illustrarent, impediabant umbræ. Quorsum supernaturaliter, dum quotidie videmus præterpropter? Si in Sole radij retracti vel extingui; Sol quoad substantiam mutaretur; equidem in luce congenita minuebatur: obfcuratusque esset sine luce, quam habuit à creatione. Quapropter impeditis radijs pervenire ad terram, lucis non amittit formam; quippe quantum substantia nullius entitatis amittitur, ex eò quòd naturæ operatio extrinsecè suspendatur.

D Thom. Vide & quomodo Solis tunc obfcuratus

Tenebra in aere, non in Sole.

Gemma

Sol pro Solis luce, Marc. 16. 12. Ioann. 20. 1. Plaut.

Lucas 21.

Ille tenebra non quantitate, sed qualitate horum.

100 Liqueat, in sententia asserentium, in ea defactione Solis, inter horribiles tenebras ( ut num. 92. indicavimus ) stellæ visas. Stellæ lumen habent à Sole: non videntur sine luce. Non ergo extinctos iudicabimus meritò radios Solis, in his etiam horribilibus tenebris: igitur etiam tunc radijs illuminabantur stellæ, quibus vel obstituto umbris, maius sine mutatione poteratur luminare. Haudquaquam siderum à terra, sociata signaretur lux; si tenebris trium horarum obfcuratus fuisset Sol. Sol ante sextam horam totum hemisphærium illuminat, ab hora sexta lucis languore laborat. Lux languet, sed Sol non deficit: siquidem dumtaxat tenebræ radios impellunt in fugam; ne convertantur operire terram. Ea quæ ad orbem cælestes pertinent, non possunt fieri nisi à Deo. Sanè: verum de huiusmodi tenebris, nihil ad cælestes orbis. Deliquium, quod videbatur Solis, Solis non fuit deliquium, sed eius versus tellurem radiorum; quin ad illam valeret pervenire, quia obviabant fulguri tenebræ. Supernaturale utique est, quòd lux nulla, ubi lux tota. Hic non ita: equidem ubi tenebræ; sine conaturali Solis coruscantis luce. Nullum ergo tunc temporis Solis deliquium; quippe totum ad terram, & nihil in tenebris versus cælum. Dixit vel in naturali eclipse Cornel. Gemma, lib. 2. d. cap. 2. *Eclipse Solis ingens, punctis ferè 9. cum medio totius diametri obfcuratis. Lumen pallidum valde: terris forsasit portendens deliquium maius, quam umquam cælo conspectum fuit.* Lucan. 1. Pharsal. v. 524.

Superique minaces Prodigijs terras implerunt.

101 Expofitio genuina textus Lucæ pender ab acceptione ( de qua sæpe in alijs Tomis egimus, & hic, num. 39. & 63. ) Solis nimirum, pro luce. *Sol convertetur in tenebras.* Ioël. loco cit. hoc est, lux Solis. Faxque ministratur ad novam expositionem. Antilogiz, de qua præfar. num. 39. scilicet: *Orto iam Sole, cum adhuc tenebra essent.* Haud quia Sol prius solito exoriretur; sed quia illa femine, ut irent in Salvatoris sepulchrum, surrexerunt valde manè, cum adhuc tenebra essent; & pervenerunt illuc, orto iam Sole, id est, luce: cuius nec micatio, dum egressæ è domo. Plautus ob analogiam dicit, in *Anular. Act. 4. scen. 10. v. 18.* & Cicer. *Officior. lib. 3. Luce claro.* Non Clara; quia lux clara pro luce, Clarus pro Sole. Unde dum à cæteris Evangelistis describuntur tenebræ, & à Luca, quòd tenebris obfcuratus est Sol; patet utique, non obfcuratus ex se; sed quia factis tenebris, ut perveniret ad terram impedita fuit lux Solis. Ex contextu liquet. Non dicit Evangelista: *Obfcuratus est Sol, & tenebra factæ sunt:* sed *tenebra factæ sunt, & obfcuratus est Sol.* Haud obfcuratio Solis causa tenebrarum, sed eontrâ; nimirum, ex tenebris, obfcuratio lucis Solis.

102 Nec ille tenebræ, fuerunt sicut Ægyptiæ, quibus nullus videbat, neque mutuo videbatur. *Vinculis tenebrarum & longe noctis compedit, inclusi sub tectis, fugitivi perpetue providentia iacuerunt.* Longè articulus ab intento Salvatoris, ut eius ignominia, scilicet, videretur à cunctis. Sine luce, imò sub horrida nocte; quid agendum, nequaquam videretur, nec quid actum. In illo ( ut cogitatur ) chaos, milites non viderent ad lufum, atque divisionem vestium. *Sine, videamus, an veniat Elias.* Matth. 27. 49. & Marc. 15. 36. *Cum vidisset Iesus matrem, &c. Ioann. 19. 26. Omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes*

pe-

pectora sua, revertentibus. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres, hæc videntes. Luc. 23. à 48. Meritò quidem Maldonatus in *Matth. 27.* subdit: *Non arbitror tam densas tamque obfcuras fuisse tenebras; quam mediâ nocte, neque Sole, neque Luna lucente solent; sed quales obfcuratio plena eclipse Sole, fieri videntur.* An solum super Ierusalem factæ tenebræ, ut placet D. Thomæ, d. an super solam Iudæam, ut vult Origenes, ubi sup. ( quia tantum Iudæis divinitatem eius prædicaverat Saluator, & tunc signis cælestibus opus erat, dum ab illis abiectus ) vel denique super universam terram; dicturi sunt, qui asserunt inter illas tenebras stellæ visas. Si Sol, fons lucis, non vilus, unde visus stellarum radius? Si non Solis, sed illarum videntur radiantem formam; tenebræ nequaquam super universam terram. Mihi difficile, sicut quod Luna tribus horis quieverit sub Sole, cum Sol illo tunc non quieverit. Si Luna quieverit, Sol ad tres horas transivit in tenebris; & sic à Luna non erit ( uti intenditur ) eclipsis. Si Sol quieverit, qui mensura temporum; quomodo tres hæræ designantur tenebrarum? Dicitur profecto, ut elevaretur mira cilli magnitudo.

103 Fator, diuina virtute factum, ut Solis radij ad terram non pervenirent: ut ait Angelicus Doctor; sed non supernaturali virtute factum, sed præternaturali ministerio Angelorum: qui quidem ita temperant exhalatos à tellure vapores; ut Sol nec omninò fulgeret, nec omninò latuisset. Non per nubes Solis umbræ, quia nulla obiecta, ut ait Origenes, quòd sup. n. 93. & dum nos ex Chryostomo, Theophylacto & Euthymio, m. 37. dicimus, factum interpositione nubium; illarum signare conditionem, erit operapretiam. Non enim erant densæ, vel adensatus vapor, præter in secundo aëris interitio, vi Solis clarus obducit cælum: nec erat caligo, seu nebula, incumbens terris; secundum quòd definiit Aristoteles, 1. *Meteor. cap. 9.* sed vapores ex exhalationibus imperceptibilibus, vel coram oculis; per ambitum radiorum Solis præternaturaliter congregatis ( naturaliter sicut manè & vesperè, cæterum non in meridie ) qui quidem à Philosophis dicuntur *Vapores volatiles*, illuminabiles à rectis radijs Solis: verum cum præ copia, mutò obumbrant & obumbrant horum corpufcula; modò irradiantur, modò tenebrescunt; quoniam radij in illis causâ continui motus franguntur & refranguntur. *Vitell. 10. de Optic. different. 2. & Euclid. in Element. differ. 4.* igitur si successivè transirus à medio raro in densum, & à medio densum in rarum. His vicissitudinibus vapores laedi fiunt, & etiam horridi; cum modò oculis obijciantur pellucidis; & modò præ copia opaci. Unde Angeli sicine cum disposuissent vacuum hemisphærium ( luce Solis prædem illuminarum ) vaporibus luridis, conditione tertris, colore lividis, specie pallidis; radij Solis per illos transeuntes, quasi deficientem indicabant Solem: quandoquidem color lucis Solis in illis apparuit, quasi Sol per eclipsim defecisset. Seneca in *Thebaid. v. 394.*

Ut atra nubes pulvere obfcondat diem, Fumoque similes campus in cælum erigat.

104 In eclipse Sol pallet, & in cunctis invenitur color ex pallore Solis. In tribus horis quibus Christus in cruce pependit, secus accidit. Color lucis Solis à colore volitantium vaporum, ex quibus obfcuritas tenebrarum: minimè à Sole color sphaeræ superioris teter & luridus; quippequam Sol in cælis non obfcuratus. Patet: siquidem simulque Christus in cruce expiravit; Sol remotâ tenebrarum origine, splendidissimè fulsit. Hoc namque fuit Angelorum ministerium: vapores, nimirum, & coram Sole, in tenebras aptè disponere; & post mortem Salvatoris in instanti removere. Factum ad speciem; uti dum per vitrum, colore industria tinctum, videmus Solem. Tam ille, quam alia illuminata luce, apparent coloris vitri; quòd mutantur obiecta distincto aspectu, quoniam mutantur medium per quod sensatio. Ita in huiusmodi apparent, Solis deliquium. Haud obfcuratum in cælo corpus Solis: in sphaera vaporibus eius lucis color difcolor: & non alia de causa, nisi quia lurida media, per quæ lux Solis ab hominibus visa.

Lurida præbebat lumina ternis.

Haud quia Sol, vel potius in illo lux, diversimodò prospicitur: entitative variatur. Eadem substantia sine varietate in Sole, nec in entitate lucis ( ut canit Virgil. 1. *Georgic. vers. 452.* ) Et

Sæpe videmus

Ipsius in vultu varios errare colores.

Non immutata eclipsi, nec radij retrahitur, nec lumen extinguitur; & radij extinguen-

Tom VII. Taut.

X Y Y

Maldonatus

Quomodo Sole lucente tenebra factæ

Senecæ

Non immutata lux Solis, sed medium incit.

Ovid. sup.

Virgilio.

tur oppofitione vaporum? Ex his tenebre duntaxat verfus tellurem, fed nequaquam verfus Solem.

Luc. 23. à 44.

105. Ipfe Lucas dicit: Tenebra facta sunt in univerfam terram, & obfcuratus est Sol. Quid clarior, ne eius radij intelligantur à Numine retracti, vel extincti? Sol in lucis defectu, haud caufa tenebrarum. Ex exortis tenebris obfcuritas lucis Solis. Et hic haud accipiendum pro particula caufali, fed pro expreffione effectus; quod faepe exprimitur particulis, Ideo, Propterea, Ita. Ioann. 1. 34. ego vidi & (Ideo, Ita, Propterea) testimonium perhibui. Rom. 8. 7. Elij & (ideo) haeredes. Pariter in praefenti testimonio, Tenebra facte sunt, & (ita propterea) obfcuratus est Sol. Alia etiam accipiuntur ad Et, clarior elucet propositum; igitur faepe in Sacra pagina est Et particula relativa. Genef. 9. 13. Arcum meum ponam in nubibus, & (qui) erit fignum. Ulique- quaque in Epistolis Pauli. 2. Cor. 1. 3. Benedictus Deus, & (qui) Pater Domini N. Iesu Christi, pater mifericordiarum, & (qui) Deus totius confolationis. Exponitur itaque perfpicue textus: Tenebrae facta sunt & (quibus) obfcuratus est Sol; ut non à Sole obfcurato tenebrae fed à tenebris pallor in luce Solis. Satis ergo modò fit AA. quorum placitum retulimus, num. 79. Tunc in aere ad claritatem luminis Solis non videbantur vaporum obftacula; fed tantum lux Solis ubique quasi opacitate mecta: & cum Luna plena eclipsis nequiret esse, nec lux Solis impediretur à vifibili nube; iuxta communem fenfum, iudicabatur, in caelo Solem esse tenebrorum: quod quidem nonnumquam caufa admirationis, ut diximus, num. 81.

Et pro Ideo

Pro relativo

Medium diem cinxera tenebrae.

Phaebus obfcurio meat sine nube cultu.

Senec.

106. Ita noftra fententia nec sine fulero: quae roboratur occurrente allegoria: igitur quod à Iudaeis & Gentibus factum cum Sole iustitia; exprimebatur in Sole. Gloriam (de qua Ioann. 1. 14. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenam gratia & veritatis) gloriam, inquam, omnem & excellentiam in Cruce obfcuratam ab hominibus, ostendit illo in tempore Salvator; cuius dignitas in potentia, fapientia, probitate, maiestate regni, caelesti, beatitudineque quam habuit, ut verus & naturalis filius Dei. Haec omnia in Cruce obfcurata sunt. Indicarunt tenebrae. Quid ergo poterunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Obfcurarunt corporis speciem, fed nullo modo excellentiam interiorum. Lux in tenebris luxit, & tenebrae eam non comprehendunt. Vifus vir dolorum, & fciens infirmitatem, fed non extinxerunt ingenium animae claritudinem. Tota paffio quia in corpore, quasi exterior fuit, ficut ad speciem obfcuratus est Sol. Ibi ex illa obfcuritate, accepimus lucem.

Vnde Sol in tenebrarum obfcuritate, feculum humanitatis Christi

Mirantur & Astra.

Fixa Polis. Vidit quanta sub nocte iaceret

Nostra dies: vifitque sui ludibria trunci.

Lucan. 9. à 12.

Tenebrescere fecit terram in die luminis. Amos 8. 9. Verum unde? Occidet Sol in meridie Signum noftrae vultudinis erat infirmitas Solis.

Varietas le- gionum.

107. Opere iam pretium, dilutis difputationibus, quod in versiones principalis Tautologie descendamus. Circundantes circundederunt me. Hebr. & Caetan. Circundederunt me, etiam circundederunt. Genebrard. Circueverunt, obfederunt, inique impugnaverunt. Maluend. Circumgraverunt me, etiam circumgraverunt. Alij apud illum: Circundant, & circumveniunt. Cingant & diligentiſſime circueunt. Si me circundederint, & sanè me circundederunt. Buchanan. Circudent; omnique ex parte premant. Hieronym. Obfederunt: & Syr. Cinxerunt me. Cuncta profectò expoſita in littera. Aliquid verò dicendum reſtat tropologicè ſenſu, ne ambulemus in circuitu nugacè & futili; fed quemadmodum nos oportet ambulare.

Epilog. excuſi.

1. Circundantes circundederunt. Quis circundans non circundat? Quisquis amore, etiam offensus, flagellat. Circundans circundat iustitia, quin concedat effugium: amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat;

iustitiaque Dei, ut convertatur, sine circuitu circundat; quippequam plectens calligat amore, sed armis ad speciem, sub vesanae iustitiae.

2. Circundantes circundederunt. Affligentes afflixerunt. Nil mirum, si affligat afflictio: & afflictionis demonstratur

ADINATON EXEGETICUM.

tur geminatio: ut eluceat Dei pietas, per poenas sceleratis immiffas: quae quidem à Deo vindice peccatoribus inferentes dolorem; affligunt pariter vindicem: etenim vulneribus inſiſtis ita percutitur; ut ipſis afflictionibus praedilectione affligatur.

3. Circundantes circundederunt. Iteratur circuitus, ut demonſtraretur è laqueis peccatorum impoſſibilis exitus. Fallitur demonum cogitatio, Virginis patrocinio. Homines circundantes circundederunt, fed fuit effugium, ita ut oppreſſi evaſerint; quali inclusione minime circundediſſent: igitur per potentem Matrem Virginem; à ſervitute miſerrima obtinuerunt libertatem.

4. Circundantes circundederunt. Circundat peccatum; fed cognito errore, de-

linquens habet effugium: verum cum peccati conſuetudine, circundat circundatione; quippe cum gravatus haud valeat tranſire vallum, in penitentiis nullatenus habet exitum.

5. Circundantes circundederunt, quaſi anima non haberet, qui exeat; dum eius hoſtium exercitus circundatione circundat. Verum fallitur, ubi Euchariſtia coram oculis habetur; in amaque circundatione obſeſſa, non circundat; quippequam in eſſugium, videt ut exeat hœere, Euchariſtia ſacramentum.

6. Circundantes circundederunt me. Lan- ceis ſuis in vulnus; dicit in cruce Chriſtus: Aliter circundatum in eius paſſione, Virginis tranſgreditur peccus: igitur Chriſtus lancea vulneratur dixit; verum ſtat mater, filij vulneribus vulnerata.

DIDASCALIA PRIMA.

Ad converſionem cordium eſt neceſſarium charitatis ingenium.

QUIS intelliget mifericordias Domini: Stultus non intelligit hæc, fed intelligit cuius in potentias avidum intravit cor, ut ſplendeat eius in homines innata clementia uſque in altiffima, quæ fecit magna; & nonnumquam pronunciantur mirabilia; etenim ingenio clementia & eximij amoris, etiam iuſtitia annunciat ſalutaris. Unde David exclamat: Deus quis ſimilis tibi? Unde admiratio: Ex ſingulari prodigio: quo non quietet cor præ gaudio, Donec annunciet brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt potentiam tuam & iuſtitiam tuam Deus, uſque in altiffima, quæ ſeciſti magna hæc. Hebr. Uſque in elevationem, quæ ſeciſti grandia. Magnum ſanè, ubi ita extollitur ultra prodigia, miraculum potentia, tunc ſingularis; dum in patrandi iuſtitia haud facile inveniri poſſit Numini ſimilis. An quia accedit ad iuſtitiam vultu legis, & violentia voluntatis, averſione cordis? Ultra clementia procedit. Maiora miracula miraculis auget. Delinquant homines: ſi punit, deficiunt: ſi connivet, inſoleſcunt: peccatis iracundus, amore ducitur. Solemne eſt illi parere: miraculum, plectere. Cogitanda eſt potentia, qua mifericordia utatur iuſtitia: & inter magna, ad iuſtitiam, eius ut inimitabilis ele-

Pf. 70. 19.

Hebr.

Deus ſumè ſtudet pietati colore iuſtitie.

vatur potentia; quoniam ſolus eius amor cogitare quibat (dum manum aggravat) ſumma ſtudere pietati, veſte & colore iuſtitie. Qui pius, offendit facie clementiam: qui vindex, vultu iracundiam; illeque, cui nemo ſimilis, & iuſtitiam & potentiam; quippequam potentia amoris (ut inter mirabilia ſit ſublimis) ſolus ſcit per iuſtitiam, legis vindicis larvam, delinquentibus offendere amplioſem mifericordiam. Hinc miferationes eius ſuper omnia opera eius. Super cuncta, clementia. Ultra altiffima magna, iuſtitia; nec ſunt contraria. Acceſſit eius amoris potentia, qua ut converteret à pravis actibus hominem, ipſi pietati induit iuſtitie velamen. Quis audit unquam tale, aut vidit huic ſimile? Nil mirum, quòd uti mirum ſignetur inter magna; igitur prodigium ſummum, potentia amoris conciliare contraria. Crucius appoſitè hic:

Robur tua potentia

Et aequitatem, quæ vagi prætervolat

Arces olympi flammeas.

2. Invenitur perſonatus Amor divinus: unde apud Hermann. Hugonem, Deſider. Anima. lib. 2. Vol. 4. exponitur eius imago vultu ſimulato iara Leonis, dextrâ cum flagello ex flamma fulminis. In articulum lemma, lib. 1. Gemit. 7. ubi:

Pf. 144. 9.

Crucius

Amoris facularum ut leonum.